



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

VIII. De pacificis peregrinorum, id est, commendatitiis literis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

APP.
A.D.
CIRCA
341.

IULIVS P. I. ANTIOCHENVM. CONSTANTIVS & CONSTANS IMP. 655

Quod si ecclesiam conturbare & solicitare persifstat , tamquam seditiosus , per potestates exterias opprimatur.

VI.

Si quis a proprio episcopo communione priuatut est , non ante suscipiatur ab aliis , quam suo reconcilietur episcopo , aut certe ad Synodum , quæ congregatur , occurrens pro se satisfaciat , & persuadens Concilio , sententiam suscipiat alteram . Hæc autem definitio maneat circa laicos & presbyteros & diaconos , omnesque , qui sub regula esse monstrantur.

VII.

Nullus peregrinorum sine pacificis , id est , commendatitiis , suscipiatur epistolis.

VIII.

Presbyteri , qui sunt in agris , canonicas epistolas dare non possunt : ad solos tantum vicinos episcopos literas destinabunt . Chorescopi autem , qui sunt irreprehensibiles , dare possunt pacificas , id est , generales epistolas.

IX.

Per singulas regiones episcopos conuenit nosse , metropolitanū episcopum solicitudinem totius provinciæ gerere . Propter quod ad metropolim omnes vndique , qui negotia videntur habere , concurrant . Vnde placuit , eum & honore præcellere , & nihil amplius præter eum ceteros episcopos agere , secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam , nisi ea tantū , quæ ad suam diœcesim pertinent , possessionesque subiectas . Vnusquisque enim episcopus habeat suæ parochiæ potestatē , ut regat iuxta reuerentia singulis competentem , & prouidentiam gerat omnis possessionis , quæ sub eius est potestate ,

o quili-
d aliam
a paro-
vterius
uo epi-
ommo-
c indi-
omni-
restitu-
tum al-
i coer-
stituta

resby-
aliquid
s iuxta
er , aut
ynodo
ionis ,
sia , &
m me-
com-
n pro-
uit , &
onenti
el obe-
dam-
equa-
atem.